

Excellentissimo atque Eruditissimo  
 Viro  
 Christiano Crusio  
 S. P. D.  
 Carolus Andreas Belius.

Et si mihi nunquam dubium fuit, quin tibi essem carissimus: tamen quotidie id magis perficio. Nam etiam istud, quod nomine negligentiae suspectus tibi sum, quodque litterarum officium requiris, mihi pericundum est; propterea, quod nihil aeque dulcem mihi et optatum amorem tuum confirmat. Nam quem tu nihil aestimaveris, eius tu certe epistolas non magno opere expetieris. Igitur de meo in te amore et studio dubitare non debes, quod tantopere me de tuo in me amore lactari intelligis. Vides ex eo coniecturam capere, quam gratum futurum sit, quidquid tu eruditum Actis inseri volueris. Et profecto, quod nuper ad me, Titio interprete, deciderat, tale est, ut Lecturam interesse putem, multa eius generis Actis inesse. Ea litteris Boehmii nostri intellexisti sine dubio, quanto plura ille cupiat, Tomum alterum Vitae Gustavi Adolphi recenseri potissimum a te, postquam is, cui Tomum Primum tradiderat, non ita labore eo functus est, ut posset iustissimam reprehensionem effugere. Vbi hoc notis officium recensendo Haudtic praestiteris, mittam ad te

- Dissertat. Italico sermone, de Villa Horatii:
- Cannegieteri: Varia, ad Antiquissim. Spectacula:
- Vindictas Libertatis Civitatum Imperii:
- Senseri Anselm, von Gubernij der Spandem in der Geschichte der millitarum Zinken:
- Numerus, summae Inhibz " Cabinal, von Janssen:
- Jurisprudential antiquae J. 1.

Ex his tu religes, quodcumque volueris, dum alia suppetant, tuo beneficio Lecturibus Actuum proponenda. Cupio te valere, Viri Doctissime, meque amare. Urb. Lipsiae d. X. Octobr. 1691.

à Monsieur  
Monsieur Crusius,  
très célèbre Professeur  
d'Eloquence à l'Université  
de et à

fr.

Wittenberg.